A. D. 1907.

CURRENDA V.

L. 2633.

VISITATIO CANONICA.

Notum fit, Nos praecipuum muneris Episcopalis adimpleturos officium canonicam Decanatus *Neo-Sandecensis* visitationem, auxiliante Domino Nostro Jesu Christo, sequenti peracturos ordine:

Die 1. Juni a. c. horis pomeridianis ad Nowy Sącz veniemus, ibique diebus 2., 3., 4. et 5. e. m. sacris fungemur officiis;

Diebus 6., 7. et 8. e. m. in *Podegrodzie;*

Diebus 9. et 10. e. m. in *Chomranice;*

Die 11. e. m. in *Tęgoborza*

Diebus 12. et 13. e. m. in *Jakóbkowice;*

Diebus 14. et 15. e. m. in *Zbyszyce*;

Diebus 16. et 17. e. m. in *Wielogłowy*;

Diebus 18. et 19. e. m. in *Siedlce;*

(Die 20. e. m. in *Mogilno;*)

Die 21. e. m. in *Mystków*;

Die 22. e. m. in *Kamionka wielka.*

Durante visitatione omnes Sacerdotes dioecesani sumant — permittentibus rubricis — quotidie in Missa collectam: „Do Spiritu sancto“.

Ofiary ze składek w Dyecezyi

które podczas ostatniego pobytu Naszego w Rzymie złożyliśmy:

Na Świętopietrze 15.000 franków. — Na Misye zagraniczne 2.129 franków. — Na Misye OO. Zmartwychwstańców w Adryanopolu 1000 franków. — Na wykupno niewolników w Afryce 500 Koron.

L. 1451.

W sprawie redukcyi Mszy św. fundacyjnych.

Podajemy do wiadomości P. T. Kleru dyecezalnego i zarządzamy co następuje:

1. Wszystkie dotychczas tak przez Naszych ś. p. poprzedników jak i przez Nas samych na mocy upoważnienia od Stolicy św. udzielane redukcye ciężarów fundacyjnych powinny były oprócz innych zastrzeżeń mieć jeszcze i to dodane, że tylko

na przeciąg jednego trzechlecia są udzielone i że po upływie tego czasu, o ile się stosunki fundacyi nie zmieniły na lepsze, należało się odnośnym Rządcom parafii prosić o ich prolongatę. —

2. Dekretem św. Kongregacyi Soboru z dnia 24. lutego br. raczyła Stolica św, na Naszą prośbę wszystkie, lubo z powyżej wskazanymi brakami, dotąd udzielone redukcye sanować tak, że mają one taką moc obowiązującą, jakiej z ich osnowy dopatrzyć się można.

3. Odtąd będziemy udzielać redukcyi Mszy św. fundowanych tylko na przeciąg trzech lat, ale z początkiem każdego roku będziemy ogłaszać w kurrendzie dyecezalnej Dekret ogólny mocą którego będą prolongowane wszystkie redukcye na dalsze trzy lata, o ile dochody odnośnych fundacyi nie uległy tymczasem zmianie na lepsze.

4. Gdyby taka zmiana na lepsze istotnie nastąpiła, to już na mocy klauzuli, jaką w każdym Dekrecie redukcyjnym kładziemy, redukcya *z chwilą* polepszenia się stosunków straciłaby moc swoją a odnośny duszpasterz byłby obowiązany donieść Nam o tem i prosić o odpowiednie powiększenie ciężarów fundacyjnych.

5. Wszystkie powyższe Nasze uwagi i zarządzenia odnoszą się do wszystkich ciężarów fundacyjnych bezwzględnie na to, ilekrotnej dotąd ulegały one redukcyi.

L. 1399.

Konserwatorami zabytków

na rok 1907 według pisma centralnej Komisyi z dnia 17. lutego 1907 l. 396 są mianowani:

1. dla sekcyi I: W. P. Dydyński dla powiatów: Bochnia, Brzesko, Limanowa, Grybów, Nowy Sącz. W. P. Demetrykiewicz dla powiatów: Tarnów, Ropczyce, Dąbrowa, Kolbuszowa, Mielec i Pilzno.

2. dla sekcyi II: Wny Pan Kopera dla powiatów: Brzesko, Bochnia, Dąbrowa, Kolbuszowa, Mielec, Pilzno, Ropczyce, Tarnów.

KONKURS.

Celem obsadzenia posady nouczyciela religii rzym.-kat. w klasach równorzędnych c. k. gimnazyum w Nowym Sączu ogłasza c. k. Rada szk. krajowa konkurs.

Do posady tej przywiązane są pobory w myśl ustawy z dnia 19. września 1898 Dz. p. p. Nr. 173. —

Kandydaci, ubiegający się o tę posadę, mają wnieść podania, zaopatrzone w potrzebne dokumenta, za pośrednictwem swej bezpośrednio przełożonej władzy do Prezydyum ck. Rady szkolnej krajowej najpóźniej do 28. lutego 1907.

L. 1402.

C. k. Rada szk. okr. w Limanowej rozpisuje Konkurs na posadę nauczyciela religii rzymsko-katolickiej przy 4 klasowej szkole *w Mszanie dolnej* z obowiązkiem udzielania nauki religii w szkołach należących do parafii w Mszanie dolnej.

Sprawozdanie kasowe

Rady miejscowej Towarzystwa św. Wincentego a Paulo w Tarnowie za rok 1906.

A) Fundusz zakładowy w teraźniejszym stanie:

1. List. zast. Gałic. Tow. Kred. ziem. S. III. Nr. 7332 na . .	2000	k.	—	h.
2. „ „ „ „ „ „ S. III. Nr. 34738 na .	2000	„	—	„
3. „ „ „ „ „ „ S. IV. Nr. 6268 na . .	1000	„	—	„
3. „ „ „ „ „ „ S. III. Nr. 6784 na . .	2000	„	—	„
5. Karta wkł. Tarn. Kasy oszczędności Nr. 88662 na . .	4000	„	—	„
6. „ „ „ „ „ Nr. 96072 na . .	200	„	—	„
7. „ „ „ Banku mieszcz. Nr. 795 na	4025	„	36	„
8. Dług hipoteczny na realności p. Bittman	12000	„	—	„
Razem .	27225	k.	36	h.

B) Fundusz dyspozycyjny:

a) *Dochody*: %% od kapitałów zakładowych 1169 k. 40 h. — Datki członków wspierających 527 k. 96 h.—Kwesty 629 k. 99 h.—Inne (Koncert i NN.) 300 k. 70 h.—Skarb XX. Sanguszków 494 k. — Miasto Tarnów 100 k. — Kapituła katedr. z fundacyi pobożn. 105 k. 10 h. — Tarnowska Kasa Oszczędności 300 k. — Skarbonki 58 k. 19 h. — Razem 3685 k. 34 h.

b) *Wydatki*: Internat 200 k. — Ojczyzna 100 k. — Praca 80 k. — Ochronka 165 k. — Konferencya II. 1244 k. 96 h. — Konferencya I. 1451 k. 96 h. — Święta wielkanocne 290 k. 55 h. — Opał 78 k. — Inne 22 k. 95 h. — Razem 3633 k. 42 h.

Dochody w r. 1906. . . .	3685 k.	34 h.
Wydatki w r. 1906. . . .	3633 k.	42 h.
Remanent z r. 1906. . .	51 k.	92 h.

Dr. Władysław Kruczkiewicz, prezes. **Ks. Dr. Jan Bernacki**, skarbnik.

KONFERENCYI I.

Zestawienie kasowe za rok 1906.

A) *Dochody:* Tajne wkładki członków 342 k. 84 h. — Członkowie wspierający 116 k. 88 h. — Fundacye pobożne 179 k. 30 h. — Dobrodzieje 226 k. — Rada miejscowa Tow. św. W. a P. 1451 k. 96 h. — NN. 160 k. 68 h. — Razem 2477 k. 66 h.

Pozostałość z r. 1905 198 k. 93 h. — Razem 2676 k. 59 h.

B) *Wydatki:* Chleb, kasza, opał, ubranie 1829 k. 20 h. — Komorne 502 k. — Ochronka 55 k. — Internat 40 k. — Trumny 20 k. — Lekarstwa 6 k. 71 h. — Datek dla Konferencyi II. 30 k. Gotówką 184 k. 80 h. — Razem 2667 k. 71 h.

Dochody	2676 k.	59 h.
Rozchody	2667 k.	71 h.
Zostaje	8 k.	88 h.

Dr. Władysław Kruczkiewicz
prezes.

Ks. Dr. Jan Bernacki
skarbnik.

Sprawozdanie kasowe

Konferencyi św. Wincentego a Paulo w Bochni za rok 1906.

Członków czynnych 22. —Członków honorowych 11.—Odwiedzano rodzin 30.— Wspierano uczniów gimn. i Seminaryum naucz. 6. — Założono bibliotekę dla ubogich.

Przychód: Tajne wkładki tygodniowe 1076 k, 76 h. —Od członków honorowych i dobrodziejów 918 k. 76 h. — Z puszek 492 k. 25 h. — Z datków noworocznych 56 k.—Kwesta wielkotygodniowa 143 k. 20 h.—Kwesta w dzień zaduszny 141 k. 20 h. Pozostałość kasowa z r. 1905 1423 k. 73 h. — *Suma przychodu* 4251 k. 90 h.

Rozchód: Chleb, kasza, mięso i opał 1792 k. 07 h. — Czynsz za mieszkania 73 k. — Pogrzeby 20 k. —Zakupno książek do biblioteki 146 k. 20 h.—Odzież i przybory naukowe dla młodzieży szkolnej 516 k. 32 h.—Dla Sióstr Felicyanek w ochronce 80 k. — Dla Szarytek w Szpitalu 40 k. — Prenumerata „Miłosierdzia“ 12 k. — Dla Rady wyższej 20 k.—Wydatki kancelaryjne 14 k. 30 h.—*Suma rozchodu* 2713 k. 89 h. Pozostało 1538 k. 01 h.

Sprawozdanie kasowe

Towarzystwa św. Wincentego a Paulo w Tuchowie za rok 1906.

Przychód: Tajne wkładki tygodniowe 298 k. 88 h. — Od członków honorowych i dobrodziejów 189 k. —Kwesty nadzwyczajne 26 k. 50 h.— 1) Z puszek wyjęto 126 k. 89 h.—2) Za wypożyczanie krzyżów w dzień zaduszny 13 k. —Razem 654 k. 27 h.— Pozostałość kasowa z roku 1905 108 k. 56 h. — Razem 762 k. 83 h.

Rozchód: Na chleb, mięso, kaszę, groch, mąkę, opał, odzież 604 k. 15 h. — Wsparcia w gotówce na trumnę 2 k. — 1) Prenumerata kwartalnika „Miłosierdzie chrześć.“ 2 k. 10 h. — 2) za 9 lampek do krzyżów 90 h.—3) za 3 nowe puszki 2 k.— Wydatki kancelaryjne 30 h. — Razem 611 k. 45 h.

Zestawienie

Przychód	762 k. 83 h.
Rozchód	611 k. 45 h.
Pozostałość kasowa . . .	151 k. 38 h.

Konferencya nasza dzięki Panu Bogu i szczególniejszej opiece założyciela św. Wincentego a Paulo bardzo pomyślnie się rozwija i ogólne zajęcie i życzliwość w naszem miasteczku coraz więcej znajduje, a w roku 1906 czterech nowych członków zyskała.

Na polu chwały Bożej Konferencya nasza postąpiła w r. 1906 o tyle także naprzód że przy Konferencyi naszej założono a względnie 13 członków tejże przystąpiło i wpisało się do bractwa wiecznej adoracyi Najświętszego Sakramentu przy kościele parafialnym w Tuchowie. . . . . . .

Tuchów, dnia 24. stycznia 1907.

Walenty Bernacki, prezes.

Wykaz statystyczny
Towarzystwa św. Wincentego a Paulo w Pilznie.

Towarzystwo istnieje od r. 1897. — Skład zarządu w roku 1906 był następujący: Prezesowa *Zofia Zelkowa*, Sekretarka *Wanda Bujnowska*, Skarbniczka *Adela Mydlarska*. — Liczba członków honorowych 5 — Liczba członków zwyczajnych z końcem r. 1905 26—W ciągu 1906 r. ubyło członków 5 — z końcem 1906 r. członków 52. Liczba osób wspieranych 15.

Sprawozdanie kasowe za 1906 r.

Dochód: Pozostałość kasowa z 1905 r. 24 k. 63 h. — Dar miasta Pilzna 1906 r. 100 k. — % od złożonych pieniędzy na książ. kasy oszczęd. 3 k. 94 h. — Wkładki miesięczne członków 360 k. 60 h. — z kwesty wielkanocnej 20 k. 44 h.—Opust z ceny towarów branych w Kółku 1 k. 57 h. — dary nadzwyczajne 10 k. — Razem 521 koron 18 hal. —

Rozchód: Wsparcia dla ubogich i chorych 423 k. 52 h. — za zbieranie wkładek 10 k. 38 h. — Razem 433 k. 90 h.

Zestawienie ogólne:

Dochód	521 k. 18 h.
Rozchód	433 k. 90 h.
Pozostaje na 1907 r. . . .	87 k. 28 h.

z tego na książeczce kasy oszczęd. jest 84 k. 52 h. — w gotówce 2 k. 76 h.

Pilzno, dnia 30. stycznia 1907 r.

Sekretarka	**X. Karol Fąferko**	Prezesowa
Wanda Bujnowska.	prob.	**Zofia Zelkowa.**

S. CONGREGATIO S. OFFICII.

I. — DECRETUM

quo facultas sacerdotibus conceditur excipiendi in navi confessiones fidelium secum navigantium.

Feria IV. die 23. augusti 1905.

In congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis Emi ac Dmi Dni decreverunt:

Sacerdotes quoscumque maritimum iter arripientes, dummodo vel a proprio Ordinario, ex cuius dioecesi discedunt, vel ab Ordinario portus in quo in navim conscendunt, vel etiam ab Ordinario portus cuiuslibet intermedii, per quem in itinere transeunt, sacramentales confessiones excipiendi, quia digni, scilicet, atque idonei recogniti ad tramitem Conc. Trident. *ses. XXIII, cap. XV. de Ref.*, facultatem habeant vel obtineant; posse toto itinere maritimo durante, sed in navi tantum, quorumcumque fidelium secum navigantium confessiones excipere, quamvis inter ipsum iter navis

transeat, vel etiam aliquandiu consistat diversis in locis diversorum Ordinariorum iurisdictioni subiectis.

Sequenti vero feria V, die 24. eiusdem mensis et anni, SSmus D. N. Pius PP. X. decretum Emmorum PP. adprobavit.

I. Can. Mancini, S. R. et U. I. Notarius.

II. DECRETUM

quo sacerdotibus navigantibus conceditur facultas excipiendi in itinere confessiones etiam fidelium non navigantium.

Feria IV, die 12. decembris 1906.

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis Emmi ac Rmmi Dnni decreverunt:

Supplicandum SSmmo ut concedere dignetur sacerdotes navigantes, de quibus supra, quoties, durante itinere, navis consistat, confessiones excipere posse tum fidelium qui quavis ex causa ad navem accedant, tum eorum qui, ipsis forte in terram obiter descendentibus confiteri petant eosque valide ac licite absolvere posse etiam a casibus Ordinario loci forte reservatis, dummodo tamen — quod ad secundum casum spectat — nullus in loco vel unicus tantum sit sacerdos adprobatus et facile loci Ordinarius adiri nequeat.

Sequenti vero feria V, die 13. eiusdem mensis et anni, SSmmus D. N. Pius PP. X. annuit pro gratia iuxta Emmorum Patrum suffragia.

Petrus Palombelli, S. R. et U. I, Notarius.

III. — DECRETUM

super dispensatione ab irregularitate ex defectu natalium ob haeresim parentum.

Feria IV. die 5. decembris 1906.

In Congregatione generali S. R. et U. Inquisitionis Emmi ac Rmi Dni decreverunt:

Dispensationem super irregularitate, ex defectu natalium ob haeresim parentum semel concessam ad suscipiendam tonsuram et Ordines minores, valere etiam ad suscipiendos Ordines maiores.

Sequenti vero feria V, die 6. eiusdem mensis et anni, SSmmus D. N. Pius PP. X. decretum Emmorom Patrum adprobavit.

Petrus Parombelli, S. R. et U. I. Notarius.

S. R. U. INQUISITIONIS (S. OFFICII).

DECRETUM 5. DEC. 1906.

Capita Mariavitarum nominatim excommunicantur.

Mariavitarum sacerdotum secta quae ab aliquot annis nonnullas Poloniae dioeceses infeliciter infestat, in eam paulatim devenit obstinatam pervicaciam et insaniam,

ut iam Apostolicae Sedis postulet extremas coercitiones. Haec enim secta, cum in exordiis suis simulasset singulare studium gloriae divinae, mox spretis Episcoporum suorum monitionibus et correctionibus, spretis ipsius Summi Pontificis primum paternis adhortationibus tum severioribus comminationibus, spretis quoque censuris in quas non unam ob causam inciderat, tandem ecclesiasticae auctoritati se penitus subduxit, agnoscens pro capite feminam quandam Feliciam, alias Mariam Franciscam Kozłowska, quam sanctissimam matrem dicunt, SS. Dei Genitrici sanctitate parem, sine cuius patrocinio nemo salvus esse possit, et quae delegavit Joannem Kowalski, ut suo nomine tamquam Minister generalis totam Mariavitarum societatem regat. Cum igitur constet praedicta totius societatis capita, Ioannem Kowalski et Mariam Franciscam Kozłowska etsi iterum iterumque monitos in suis perversis doctrinis et molitionibus, quibus simplicem multitudinem decipiunt et pervertunt, obstinate persistere, atque in censuris in quas inciderunt sordescare, haec Sacra Suprema Congregatio S. R. U. I. de expresso SS. Domini Nostro mandato, ne quis cum detrimento salutis aeternae, ulterius *communicet operibus malignis* Ioannis Kowalski et mulieris Kozłowska, declarat atque edicit dictum sacerdotem Ioannem Kowalski memoratamque feminam Mariam Franciscam Kozłowska, *nominatim ac personaliter* maiori subiacere excommunicationi, ambosque, e gremio Ecclesiae Sanctae Dei penitus extorres, omnibus plecti poenis publicae excommunicatorum, ideoque Ioannem Kowalski et Mariam Franciscam esse *vitandos* ac *vitari debere.*

Committit insuper RR. PP. DD. Varsaviensi Archiepiscopo, Plocensi, Lublinensi, Kielcensi allisque, quorum forte interest, Episcopis Polonis, ut, nomine ipsius Sanctae Sedis, declarent singulos et omnes respectivae suae dioeceseos sacerdotes infami sectae Mariaviticae adhuc addictos, nisi infra viginti dies, ab ipso praesentis intimationis die computandos, sincere resipuerint, eidem excommunicationi maiori, personali et nominali, pariter subiacere eademque ratione vitandos esse.

Praeladati vero Praesules magis ac magis satagant e grege suo fideles, a sacerdotum Mariavitarum insidiis ac mendaciis misere deceptos, admonere non amplius Ecclesiae Sanctae Dei genuinos esse posse filios quotquot damnatae sectae Mariaviticae scienter adhaereant.

Petrus Parombelli, S. R. et U. Inquisitionis notarius.

S. C. EPISC. ET REGULARIUM.

RESPONSA 7. DEC. 1906.

De Confessariis Monialium ac Puellarum in Conservatoriis.

Majarien. et Civitatis Plebis!

In ordinario conventu Emorum Patrum S. C. Ep. et Reg. qui mense decembri est habitus, de duabus causis coniunctae est deliberatum, quia utraque Confessarios rescipiebat personarum *quae* vitam agunt communem et aliquo clausurae genere concluduntur.

Paucis verbis species facti est prius proponenda.

Dioecesis Majariensis antiquus usus hoc habet: In Monasteriis Monialium quae papali clausurae sunt obnoxia et in Collegiis Mariae, praeter Confessarium ordinarium, constituuntur, ex anno Episcopi mandato et ad nutum eius, Confessarii extraordinarii duplicis rationis: alii, generales, quos in casu speciali adire possint moniales, alii particulares, quibus quaedam moniales tamquam ordinariis uti solent. Ita fit ut Communitas in duas quasi partes dividatur, cum aliae moniales regantur confessario ordinario, aliae vero confessario suo particulari.

Porro Episcopus Civitatis Plebis, dum anno 1904 ad S: Congr. Conc. de statu referebat suae Ecclesiae, quaesivit utrum necne lex de triennali mandato confessarii ordinarii valeret in puellas quae in communitate degunt.

Quare proposita sunt dubia huius tenoris:

I. Potestne tolerari antiqua consuetudo habendi plures confessarios extraordinarios, tam particulares quam generales?

II. Potestne Confessarius ordinarius, elapso triennio, ab Episcopo ad eandem deputari communitatem religiosam tamquam Confessarius extraordinarius, qui bis vel ter in anno ad normam Tridentinae legis, Confessiones excipiat?

III Potestne tolerari ut Confessarius ordinarius, elapso triennio, maneat Confessarius habitualis, sive extraordinarius particularis, quarundam monialium quae alios Confessarios adire noluerint?

IV. Et quatenus negative: Episcopus Orator facultatem petit qua, attenta paucitate Confessariorum, possit quospiam in huiusmodi officio confirmare pro Monasteriis Majeriensibus et Marsalensibus.

V. Confessarii huiusmodi extraordinarii particulares, num lege tenentur triennalis mandati post quod elapsum opus habeant venia apostolica?

VI. Et quatenus affirmative Episcopus orator S. Sedi supplicatur ut sanet quemlibet defectum praeteritum, et permittat ipsis ut, ab hac die, per novum triennium confessiones audire possint.

Num ordinarii Confessarii puellarum quae collegialiter vivunt non possit nisi per tres annos exercere munus, ita ut deinde nequeant eiusdem Collegii audire confessiones sine facultate S. C. Episcoporum et Regularium?

Ad quae dubia Emi Patres, die 7 dec. 1906 hoc modo responderunt:

Ad. I. Affirmative, quod ad confessarios extraordinarios generales; Negative, quod ad particulares, exceptis casibus determinatis in Constit. *Pastoralis curae*, Bened. XIV. [1])

Ad II. Negative, antequam annus ab expiratione trienni elepsus fuerit, excepto casu quo, ob penuriam confessariorum, Ordinarius aliter procedere nequeat.

Ad III. Negative, exceptis casibus de quibus in primo dubio.

Ad IV. Reformato dubio „Et quatenus negative, num propter penuriam Confessariorum, possit Ordinarius quempiam confirmare“, arbitrio et conscientiae Ordinarii, sed tantum uti extraordinarium generalem.

Ad V. Negative.

---

[1]) Monialis graviter aegrotantis et Monialis quae adduci nequit, ut ordinario Ministro confiteri velit.

Ad VI. Non indigere.

Ad VII. Legem de confessario Ordinario pro singulis monasteriis deputando non respicere collegia puellarum.

E. S. RITUUM CONGR.

I. RESPONSA DE CAEREMONIIS SACRIS, ETC.

Varia solvuntur dubia.

Insequentium dubiorum declarationes a Sacra Rituum Congregatione expostulatae sunt; nimirum:

I. An clerici prima tantum tonsura initiati, ad mentem decreti 14 martii 1906, tangere possint vasa sacra et lintea sacra ac calicem praeparare in sacristia absque speciali indulto?

II. An omnes qui vestem talarem induunt, sint vel non tonsurati, debeant iuxta Rubricas (*Ritus servandus in celebratione Missae tit. II. 1*) superpelliceum induere dum Missae inserviunt?

III. An diaconus ratione ministerii sui possit, etiam praesentibus sacerdotibus et extra casum necessitatis, Sanctissimum Sacramentum de uno altari ad alterum deferre?

IV. Iuxta Caerimoniale Episcoporum (*Lib. II, cap. 3, n. 5.*) Celebrans Vesperarum, in initio huius Officii, quando ad suum locum pervenit, sedet paululum exceptis pluvialistis; an omnes de choro sedere debeant in eodem momento, et in sensu affirmativo consuetudo contraria pro clero de choro potestne servari?

V. Utrum in Missa sollemni coram SS. Sacramento exposito Celebrans, postquam dixit initio *Oramus te* et ad Offertorium *Veni Sanctificator*, debeat cum ministris rursus genuflectere antequam aliquantulum se retrahat versus cornu Evangelii in turis impositione?

VI. In eadem Missa, Subdiaconus, accepta patena post oblationem calicis, genuflectit in suppedaneo ad dexteram diaconi: debetne iterum genuflectere, cum venerit ante infimum gradum?

VII. Sacra Rituum Congregatio decrevit quod missa Ordinationis in Sabbatis Quattuor Temporum sit de Feria: quaeritur utrum in hac Missa facienda sit commemoratio simplicis aut simplificati occurrentis?

VIII. In quodam Seminario, studiorum causa sunt duae categoriae sacerdotum sub aliquo respectu distinctae sive quoad exercita spiritualia, sive quoad alia exercitia. Alii eorum certae vivendi disciplinae minus strictae subiecti sunt et extra Seminarium in ecclesiis diversis Missam celebrant, alii vero in Seminario Missam celebrant. Iuxta indultum alumni omnes huius Seminarii se conformare tenentur Kalendario Congregationis religiosae ad quam pertinent Moderatores et Directores praedicti Seminarii. Quaeritur an utraque categoria sacerdotum huius Seminarii se conformare teneantur Kalendario eiusdem Familiae religiosae?

IX. Utrum a sacerdote Missam celebrante in ecclesia dedicata alicui mysterio Divinarum Personarum vel in oratorio quod Titulare non habet, in oratione *A cunctis* nominari debeat Patronus loci, si in loco ubi celebrat consuetudo adsit faciendi in Suffragiis commemorationem de loci Patrono?

X. Quando transfertur festum v. g. Annuntiatio B. M. V. in quo exsequiae cum Missa exsequiali prohibentur, haec prohibitio subsistitne die impedita vel die in qua Officium transfertur?

XI. An in functione Benedictionis SS. Sacramenti, praeter orationem de eodem, alia cantari possit?

Sacra porro Rituum Congregatio, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. Affirmative.

Ad II. Affirmative, nisi pro laicis alicuius Familiae religiosae obstent specialia statuta approbata.

Ad III. Affirmative.

Ad IV. Consuetudinem servari posse.

Ad V. Negative.

Ad VI. Negative, iuxta Rubricas Missalis (*Ritus servandus in celebratione Missae tit X, n. 8*), et iuxta decretum n. 4027 *Plurium dioecesium* 9 iunii 1899, ad II.

Ad VII. Affirmative in Sabatto Pentecostes; Negative in aliis, nisi Officium fuerit de Feria, quo in casu commemoratio non est omittenda.

Ad VIII. Affirmative, dummodo non agatur de presbyteris beneficiatis, qui ut alias, resolutum est, tenentur sequi Kalendarium ecclesiae beneficii.

Ad IX. Affirmative, si vigeat consuetudo faciendi de Patrono commemorationem.

Ad X. In die sola impedita, nisi Annuntiatio transferatur cum feriatione.

Ad XI. Affirmative, priusquam cantetur *Tantum ergo*, quando aliae dicendae sint preces. Negative in casu opposito, nec non in festo et infra Octavam SS. Corporis Christi.

Atque ita rescripsit die 23 novembris 1906.

A. Card. *Cretoni*, Praefectus.

D. Panici, Archiep. Laodicen., Secretarius.

E SACRA CONGREGATIONE RITUUM.

II.

Tria solvuntur dubia.

Rmus Dnus Franciscus Nagl, Episcopus Tergestinus et Iustinopolitanus, Sacrorum Rituum Congregationi sequentes quaestiones solvendas humillime proposuit, nimirum:

I. An fideles absolutione in articulo mortis in lingua vernacula peracta, sicuti modo pluries fit, indulgentias lucrari queant?

II. In missis de Requie post elevationen loco *Benedictus*, Litaniae uti ex Rituali Romano in ordine commendationis animae, vel Lauretanae, canuntur, et huiusmodi Missae fiunt lectae. Insuper in Missis cantatis de die, intonato *Credo* sacerdos prosequitur Missam ut lectam usque ad Praefationem. Quaeritur an haec tolerari possint?

III. An sacerdos in lingua vernacula Officium divinum Breviarii Romani ex. gr. Nativitatis Domini, defunctorum, etc., cum populo peragens, vel Litanias Sanctorum in

Processionibus Rogationum eadem lingua persolvens, teneatur has partes Breviarii Romani in lingua iterum recitare?

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, reque mature perpensa, respondendum censuit:

Ad I. *Negative*, quia haec benedictio in articulo mortis est precatio stricto sensu liturgica.

Ad II. *Negative*, et hos abusus omnino esse eliminandos.

Ad III. *Affirmative;* nam qui ad recitationem divini Officii et cuiusque partis Breviarii Romani sunt obligati, tantum in lingua latina haec recitare debent, alias non satisfaciunt obligationi.

Atque ita rescripsit. Die 3 Julii 1904.

A. Card. Tripepi, Pro-Praef.

L. † S. † *D. Panici*, *Archiep. Laodicen.*, Secret.

III.

De festis in quibus prohibentur exequiae defunctorum.

Sacra Rituum Congregatio per decretum *Parentin, et Polen.*, die 8 Januari 1904 [1]) rescripsit dies quibus prohibentur exequiae pro defunctis, cum effertur corpus, esse „omnia festa quae uti primaria sub ritu duplici I classis et quidem de praecepto celebrantur; et si non sint de praecepto, illae Dominicae ad quas praefatorum festorum solemnitas transfertur". Exorta de sensu quo intelligenda et dicenda sint festa de praecepto, R.mus Canonicus Calendarii Rhemensis ordinator, de consensu R.mi D.ni Vicarii Capitularis, Sede vacante, a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii resolutionem humillime flagitavit; nimirum:

I. An festa de praecepto illa sint in quibus, praeter obligationem a parocho adimplendam, adest quoque altera et quidem duplex obligatio parochianis imposita, nempe tum Missam audiendi, tum ab operibus servilibus cessandi?

II. An exequiae cum Missa, praesente corpore, fieri possint in festis suppressis, quorum solemnitas in Dominicam sequentem non transfertur.

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque sedulo perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative* iuxta decretum n. 4003, *Carcassonen.*, quaest. I, ad II et III.

Atque ita rescripsit. Die 1 Decembris 1905.

A. Card. Tripepi, Pro-Praef.

L. † S. † *D. Panici*, *Archiep. Laodicen.*, Secretarius.

[1]) Cfr. 25. *Anal. Eccl.* Vol. XII, p.

Polecenia.

L. 2430. Broszurkę: *O Bractwach, ich zadaniu i kierownictwie*, napisaną i wydaną przez Ks. Adolfa Albina, Proboszcza w Chełmie, jako praktyczną i pożyteczną PP. Duchowieństwu parafialnemu gorąco polecamy.

L. 2724. Polecamy również książeczkę Ks. Dra Pawła Rylki p. t. „Pamiątka Sakramentu Bierzmowania“ jako stosowną dla młodzieży, którą można nabyć u autora w Krakowie, ul. Smoleńska l. 21, (cena 6 hal.), jak i
książeczkę p. t. „Najpiękniejszy dzień mego życia“, czyli Pamiętnik I-szej Komunii św., wydaną przez SS. Felicyanki w Bełzie (Cena 1 egz. oprawnego w płótno 50 hal.).

Z KONSYSTORZA BISKUPIEGO.

W Tarnowie, dnia 1. czerwca 1907.

X. Władysław Chendyński
Kanclerz.

† LEON
BISKUP.

Nakładem Kleru dyecezalnego

Drukiem Józefa Styrny w Tarnowie.